M I M

1 6 4 8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-574511-p0001-5

~~E. 6. 5~~
Ll, 2, 3.

30 B 10.

In usum Pædagogii
Regii Glaucensis

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-574511-p0002-1

49

# EPITHALAMIA
Honoribus & Nuptijs
VIRI CLARISSIMI ET CON-
ſultiſſimi

## Dn. ANDREÆ LANGII
J. U. D. & REIPUBL. GUBBENENSIS
in Luſatiâ Inferiori SYNDICI
eminentiſſimi,
SPONSI,
&
Lectiſſimæ pudiciſſimæq; Virginis

## ANNÆ REGINÆ,
Viri Ampliſſimi, Conſultiſſimi &
Excellentiſsimi

## Dn. MATTHÆI COLDEBACII,
J. U. D. & Practici celeberrimi, Codicis Juſtinianei
in Electorali Viadrinâ Profeſs. Publ. meritiſsimi,
Facultatis Juridicæ Senioris ſpectatiſsimi &c.
Dilectæ Filiæ,
SPONSÆ,

DEDICATA & EXHIBITA

Francofordiæ ad Viadrum,
d. 28. Novembr. St. Vet.
Anno 1642.

*Literis*
MICHAELIS KOCHII.

45

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-574511-p0003-6

in ed.n Venet. ap. Junt. fol. tom. 3. f. 181

**Averrhoes Cordubenſis**
**tr. I. de Republ. Platon. tom. 3. p. 502. B.**

*CUm Principibus neceſſitas videbitur ſufficiendæ ſobolis, videbunt, ut publicè apparentur nuptiæ: Cumq́ hinc Sponſi, inde Sponſæ convenerint, ſacrificia fiant, ac vota* DEO *nuncupabuntur,* DEUMq́ *Opt. Max. orabunt, ut ſui ille miſereatur. Ad hæc quoq́ præcipient, ut Poëtæ Hymnos Epithalamios, quales in nuptiis celebrari ſolent, conficiant, ac deniq́ ex hujusmodi univerſorum civium (ad actum ſacrificandi) concurſu viri ac fœminæ ad nuptias ſeligentur, &c.*

**Heſiodus.**

Παρθενικὴν δὲ γαμεῖν, ὥς κ' ἤθεα κεδνὰ διδάξῃς.

*Virginem ducas uxorem, ut poſſis eam ad probos mores flectere.*

**Ovidius.**

*Nulla ſit ut placeas aliena cura puella.*
*Elige cui dicas:* tu mihi ſola places.

COLDBACI divæ Themidis venerande Sacerdos,
Magnificant pariter qvem cathedra atq; forum:
Tres genij, formæ, & morum certamine natas
Cui peperit mater CHEMNITIANA pares,
Inſignes Themidis myſtæ qvas ordine jungunt
Tres ſibi Doctores fœdere connubij:
Nempe ille heu primæ expertus FÜNSTERUS amorem,
Conſilium Princeps cujus & Aula probat:
Qviq; ſuæ fruitur BRUNNMANNUS amore ſecundæ,
Ille decus cathedræ nobile juridicæ:
Et qvi ſuccedit, numerum abſolvitq; beatum
LANGIUS, Aſtrææ cura decusq; ſuæ,
Cui nunc ANNA ſuum REGINA indulget amorem
Tertia: (felicem fac DEUS eſſe torum!)
Vel teſte invidia, COLDBACI, nonne probâſti,
Qvàm charus Themidi, qvàm Tibi chara Themis?

Ita
Dn. Affini & Collegæ pl. obſervando
de nuptijs Filiæ
L. m. q; gratulab.
M. Fridericus Reichelius
S. Ling. Ord. & Theol. Extraord, Prof. Ord. Phil. Decanus & Rector p. t. in Elector. Viadrina.

Ubi eſt REGINA; ibi REX eſt.

SIt ſubjecta Viro Mulier; ſententia Jovæ eſt.
At contrà Uxoris Vir Caput eſto ſuæ.
Non REX REGINAM ducens, Clariſſime LANGI,
Annon Uxorem præficis ipſe Caput?
Non Caput illa tibi eſt, ſed ſit ſubjecta marito.
Nam REX in propriis ædibus ipſe Vir eſt.
Hinc REX, de tali REGINA plaude maritâ:
De, REGINA, novo plaudito REGE, Tibi:
Eſtote unanimi; Una anima; uni animæ una caro ſit!
REX cum REGINA vive, valeq́; diu.

Deproperab.
Simon Urſinus D.

---

SUb ſociale jugum, thalamos, pactosq́; Hymenæos
Ritu ſolemni confertur virgo marito.
Sponſe, novas incende faces, tibi jungitur uxor,
Nymphula pulchra, pij decorant quam ſigna pudoris.
Det DEUS æternam, cui vincla jugalia curæ,
Pacem, felicemq́; torum, bona cuncta, precamur.

D. Laurentius Colaſius Decretalium Profeſs. Publ. & Juridicæ Facultatis Ordinarius.

---

VErus amor, pietas, concordia, ſpesq́;, fidesq́;,
Corporis & robur CORCULA BINA ligent.

Longæ-

Longævam *vitam*, fæcundam; *ſicq́;* beatam
*Ducent: in cunctis* GRATIA DIA *fave.*
GRATIA DIA *fave; cernat meliore* Nepotes
*Fato* COLDBACI-CHEMNITIANA *domus.*

Melchior Poliſius D,

Nuptijs LANGIO-COLDBACIANIS
ſic feliciter acclamat

*QVæ dudum triſtis ſolita eſt audire Senectus,*
*Gaudia* Juridico *fert nova* COLDBACIO.
*Hæc* Natabus *enim virtute ac dote coruſcis*
*Conciliat Generos en! Socero arte pares.*
*Sic ut vitai protelent ſtamina* Natæ,
*Per* Generos *vivant vota decusq́;* Patris.
*Et jam oblectat* Avi Brunmannulus *ora ſeveri,*
LANGIADES *& huic mox comes alter erit.*
Id votum eſt noſtrum, *votum* Soceriq́; Socrusq́;,
*Et* Sponſi *&* Sponſæ. *Fac, DEUS, eſſe ratum!*

Tobias Magirus Profeſs.

*QVod longis votis optavit tempore longo,*
*Nunc* clarus *fruitur LANGIUS ecce dato.*
Nuptam, *cui Generis clari perlonga propago eſt,*
*Amplis* quam *virtus ditat & ampla bonis,*
*In* qua *radices Pietas locat ipſa profundas,*
Nuptam, *præ reliquis, hanc Tibi,* Sponſe, *dicas.*


Gratia

*Gratia ſat longa hæc & lata profundaq́ʒ* JOVÆ *eſt,*
*Longis & gratis amplificanda modis!*
*Neſtoreos longos pervivat* LANGIUS *annos*
*Cum* Sponſa *: longè cedat amaror, Eris.*
*Circumſtet menſam ſobolis perlonga caterva,*
*Natorum nati hinc ut veniantq́ʒ precor.*

*Ita præpropera venâ*
*fundebat*
M. Gottlieb Pelargus
Profeſs. Publ.

---

I*N thalamos* REGINA *tuos ſors læta Maritum*
*Inducit ornatiſsimum,*
*Quem tua pergrato Virtus ſplendore meretur,*
*Quæ te facit pulcherrimam.*
*Et tibi gratamur* Clariſſime Sponſe *puellam,*
*Noſtratis urbis gloriam,*
*Quæq́ʒ ſuas inter ſocias velut aurea fulget*
*Stella radiis clariſsimis,*
*Virtutem populus per totam prædicat urbem*
*Pudoris hujus virginis.*
*Digna Viro claro, noſtris digniſsima votis.*
*Vovemus omnia proſpera.*
*Aſpiret ſanctis Numen laudabile cœptis,*
*Votisq́ʒ pondus afferat.*
*Nunc ænigma placet Convivis, vindice dignum*
*Ni fallor, interponere.*

*Non*

*Non tamen argutum ſatis eſt, ſubſervit amicis*
*Sermonibus, quod ſufficit.*
*Vos date ludenti veniam: Cum conſtet & ipſam*
*Conſveſſe ſic Eccleſiam*
*Antiquam lætas Juvenum decorare piorum*
*Cum laude ſummâ nuptias.*

## Hochzeit Rätzell.

WAs iſt gröſſer als die Erde/
Das ſich doch verbergen kan
Gantz vnd gar vor jederman/
Hinter einer Säul vnd Baum/
Auch mit ſeinen Platz vnd raum/
Daß es nicht geſehen werde?

M. Martinus Heinſius,
Spandovienſis.

---

NÆ *mihi Tu LANGI* gallinæ es filius albæ,
*Cuî Fortuna ſuas larga miniſtrat opes.*
Juris *enim es* gemini *ſummos indeptus* honores,
Conſultus *meritò quos tibi* Apollo *dedit:*
*Qui legum nodos jurisq; ænigmata ſolvis,*
*Ingenii eſt acies namq; polita tibi.*
*Nunc cum re lautâ* Sponſam *feliciter ambis,*
*Exambis, cœli quod facit ille favor.*
*Quodq; ſupra dotes extat ſublimius omnes,*
*Eſt tua* virtutum *Sponſa pudica* penus.

*Ex oculis* pietas, *totoq́;* modeſtia *vultu*,
*Et pudor ex roſeo plurimus ore micat.*
*Jure puellarum merito* REGINA *vocari*
*Ut queat, & rectæ Dux ſine fraude viæ.*
Non aſſveta domos aut perreptare plateas,
Sed facere officium relligioſa domi,
Dextra manus Matris, *cuî tutò credere poſſet*
*Diffuſæ curam* cum Genitore *domûs.*
*Inter opes probitas grandes quò rarior iſthæc;*
*Clarior & precij pluris eò eſſe ſolet.*
Scandere *non rarò* lectum fulmenta *minantur,*
*Et* Dominæ leges dant ſine lege Viris.
*Nec gravius vetulæ veſicâ divitis ullum,*
*Quæ mores opibus tradit, habetur onus.*
*Nubere dotatis hinc res eſt plena pericli,*
*Quòd damno mactent ſæpè maloq́; viros.*
*Quamvis id faciant quoq́; mendicabula ſæpè,*
*In furias quoties præcipitata ruunt:*
*Queîs animum verò* genuina modeſtia *fundat,*
*His tolerare Viri eſt gloria digna jugum.*
Tarquinium Tanaquil Lucumonem temperet audens:
*Audiet imperium Nympha pudica tuum,*
*Sic educta piè, ſic* Matre *edocta* magiſtrâ,
Fœmineum decorat quæ quaſi gemma ſecus.
*Tanti nocturnis erat impalleſcere chartis,*
*Et creperi crebrò prælia inire fori,*

*Si merx*

Si merx haut alio fuit iſta parabilis ære,
Autoramenti Sponſa beata ſatis.
COLDEBACI magnum eſt Natâ te Sponſe potiri,
Qui Nomici lux eſt famaq́; magna chori,
Induperatorum pandens reſcripta diſertè,
Et ſacram Auguſtâ voce replens cathedram.
Ille oracli inſtar reſponſa petentibus offert;
Ille reis ſcopulus, perfugiumq́; piis.
CHEMNITIÆ verò laus eſt celeberrima gentis,
Præcipui huîc Pietas penè relicta vicem.
Sæva truci quamvis armetur Roma Tridente,
Tarpejusq́; crepet Vejovis ore minas:
Chemnitio percuſſa tamen mucrone dolenter
Sibilat inciſum Beſtia faſſa caput.
Principibus Conſos & Neſtoras ore diſerto
Stirps felice dedit CHEMNITIANA ſatu;
Indè ſuos etiam deducit amabilis ortûs,
ANDREA, nuptum quæ tibi Virgo datur.
Tu propriâ virtute licèt ſatis antè coruſces,
Civibus ut clueas lausq́; decusq́; tuis:
Majorem gaudet tibi circumfundere famam,
Contigit optatâ qui tibi ſorte Socer:
Æmula maternæ virtutis Sponſa pudica
Undantem faciet proſperitate domum.
Fata neant Parcæ thalamo felicia veſtro,
Gratia vos nunquam deſerat alma DEI!

*Sarciat ô pacem cum* Socru *mitis Hygeîa,*
*Quæ verè eſt* Soceri *firma columna domûs.*
*Illi ego clementemq́; DEUM, certamq́; ſalutem,*
*Et vitæ multos ſedulus opto dies.*
*Exemplum reliquis annos æquare* Sibyllæ,
Matrona *& digna eſt vivere caſta diu.*
*Accipe, nî veterem faſtidis Sponſe ſodalem,*
*A parvo puero qui mihi junctus eras,*
*Quos humilis cathedræ versûs tibi pango magiſter.*
*Elevat hunc DEUS, hunc repere juſsit humi.*
*Livor abi, ſua quisq; DEO conſecret oportet*
*Munera, ab* UNIUS *ducimur imperio.*
Me detruſêre in piſtrinum Fata: molendum eſt:
Tu quoq; repperies quà Neonymphe molas.

f.

M. Joannes Mollerus Scho-
læ Senatoriæ Rector.

---

DEr Eyſenfreſſer Mars macht durch deß Krieges Liſt/
Die wie der Krebs vns friſt/
Daß alle Kauffmanſchafft/ daß alle Künſte liegen/
Daß alle Luſt verliſcht/ daß alle Frewd' auffhört/
Daß denen in der Wiegen/
Die kaum geboren ſind/ auch wartung wird verſtört.
Der Zucker-ſüſſe Gott Cupido hat zwar auch
Zu kriegen einen brauch/
Nicht aber als wie Mars. Sein Krieg iſt ohne ſiegen
Gar ſelten/ wenn er kriegt/ der Handel ſtehet wol;
Die Freyen Künſte fliegen
Biß an der Juno Saal; der Menſch wird frewden voll.

Mars führet groſſen Krieg: Cupido feyret nicht/
Weil jhm kein Volck gebricht.
Jhm muß doch endlich Mars, wie trotziger iſt/ weichen.
Cupido nimpt durch Liſt die ſüſſe Sieges-Luſt:
Mars ſucht mit kampff vnd ſtreichen
Durch Eyſenſchwere Laſt vnd vnluſt offt Verluſt.
Wer' ich an ſeiner ſtell'/ ich hette ſchon gedacht
Auff eine beſſer Schlacht;
Ich führte junges Volck/ Volck in den beſten Jahren/
Denn wer zum Kriege dient/ dem dient auch Liebes Sieg/
Vnd welchem zu erfahren
Die ſüſſe Liebe dient/ der dient auch in den Krieg.
Solt' ich ein wenig nur/ O Mars, nach meinem Rath
Vertretten deine ſtatt/
Ich wolte mir mein Heer wol anders außſtaffieren:
Der Hymen muſte ſeyn der erſte Corporal
Vnd mich zu felde führen
Cupido FeldMarſchalck vnd Venus General.
Gelährte müſſen ſtets bey mir gehn auß vnd ein
Vnd Officirer ſeyn/
Vnd der Poëten Volck Cornet vnd Fähnlein Führer.
Der Muſicanten Schaar zu was wer ſie wol gut?
Sie gebe den Furirer
Weil dieſer ſonderlich muß haben einen Muth.
Das Märckethäner Volck muſt' ich vergeſſen nicht/
Wenn Proviant gebricht/
Es könte Ceres ſeyn vnd naſſe Bacchus Knaben.
Ich könt' Invidia, deucht mich in meinem ſinn/
Wol zum Profoße haben/
Voluptas were denn die Muſterſchreiberin.

Die Witber müſten ſeyn mit Eyſen angethan
Vnd Pantzer legen an/
Die Witben könten gut die Langen Piecken tragen/
Monſieur vnd Cavalier die tauglich auff das Pferd
Wolt' ich zum Ritter ſchlagen
Vnd jhnen gürtten an ein groſſes Würge-Schwerdt.
Jungfrawen müſten dann die Mußquetierer ſeyn/
Die nur vor mich allein
Zur Leibes Compagni ich bey mir wolte halten.
Mehr Volck begehrt' ich nicht/ als das ich jetzt geſagt/
Den Höchſten ließ' ich walten/
Vnd ehr zu mir käm ein Feind/ wer' er verjagt.
Mars kriege wie er will/ ich achte ſeiner nicht/
Vnd wenn er gleich noch ſpricht:
Es könne auſſer jhm nicht ſeyn ein beſſer Leben
Auff dieſer gantzen Welt. Muß ich ja mit der zeit
Auch einen Krieger geben/
So ſoll Cupido mich beleiten in den Streit.
Herr Bräutigam mich deucht' vnd dörffte wetten ſchier/
Jhr haltet es mit mir.
Der Liebe Krieges Gott Cupido ſchantzt mit betten/
Vnd Mars mit Erd vnd Sand: Cupido ſchlägt nicht todt/
Deß wil ich mich verwetten/
Wie Mars. Nun liebes Paar lebt auſſer aller Noth.

* * * * * * * * *

*Eſſe* DEO *gratum ſociali fœdere jungi,*
*Præcipiunt* JOVÆ *dogmata vera tibi.*
*Hoc meritò* LANGI *præceptum Sponſe ſecutus,*
*Clare Vir & ſanctæ dulce decus Themidos.*
*Qui lepidam thalamis agitas inferre puellam,*
*Cuî dos lauta ſatis, cui pietatis bonos.*

Cuî

*Cui Pater eſt, noſtri celeberrima fama Lycei,*
*COLDBACIUS promens Codicis omne penus.*
*Alloquio curas quæ blando leniet acres,*
*Et tibi perpetuò dulce levamen erit.*
*Ah Sponſe es felix & terq́ꝫ quaterq́ꝫ beatus,*
*Cujus in amplexus Sponſa venuſta venit.*
*Ergò concipias animo nova gaudia Sponſe,*
*REGINA in thalamum dum venit ANNA tuum.*
*Gratulor hinc vobis: Cornicis vivite ſecla,*
*Nec deſint veſtro pignora læta toro.*

Officij & debiti honoris ergò
gratulatur
Christianus Weiler Berl. March.
L L. Studioſus.

---

DEn Amor durch ſein Band begehret einzuſtricken/
Derſelbe muß ſich hie zur Seefarth gleichſam ſchicken/
Cupido ſegelt auch auff der geſchwolnen See
Der ſüſſen-ſawren Luſt/ durch Klippen/ Ach vñ weh.
So baldt der ſchnelle Sporn der angebohrnen Liebe
Vns angereitzet hat/ ſo wird das Hertze trübe/
Die geile Wolluſt ſchlägt mit hauffen auff vns zu/
Vnd ſchafft vns Vberlaß für angenehme Ruh.
Da müſſen wir bald hin/ bald her als Trunckne wancken/
Die Wellen böſer Luſt beſtoſſen die Gedancken
Vnd vnſer kluger Geiſt der vberwirffet ſich
Mit allerley Gefahr: Der ſtrenge Wütterich
Hilfft trewlich auch darzu. Biß endlich vnſre Sinnen
Ihr hohes Ampt nicht mehr geſund verwalten können/
Da müſt vns der Compaß/ der Ancker bricht entzwey/
Vnd vnſer Leben ſteht dem Tode gäntzlich frey.

Damit wir aber nicht erſauffen in den Wellen/
So will vns Gottes Wort zum Troſt ein Schiff beſtellen/
Ein feſt-bewehrtes Schiff/ da ein getrewes Hertz
Dem andern ſich verſpricht vñ tawrt in Frewd vñ ſchmertz/
Jedoch iſt dieſes Schiff von ſtarcken Wirbelwinden
In gleichen nicht befreyt/ Wer mag das wüten binden
Deß Helſchen Eolus, wann er mit Sturm vnd Macht
Auff vnſern freyen Maſt einmal kompt zugekracht.
Zwar dem ſey wie jhm will/ laß Hagel/ Sturm vnd Wellen/
Wie raw ſie jmmer ſind/ vns ſich entgegen ſtellen;
Wird ſchon das Hintertheil deß Schiffes ſchwer bedrengt/
So wird es von der Fluth keinmahl doch nicht verſenckt.
Schawt CHriſtus vnſer HErr vnd Stewerman darneben
Faſſt ſelbſt das Ruder an/ wann wir in Schiffbruch ſchweben
Vnd ſonſt kein Rath mehr iſt/ Ja ſeiner Gegenwart
Weicht alles weit vnd breit/ vnd alle Wiederpart/
Er will dawieder ſeyn/ daß ſich kein Wetter rege/
Vnd ruffen daß ſich ſtracks der See-Zorn niederlege/
Den die verfluchte Welt durch jhren böſen Rath/
Auff vnſer ſtilles Schiff gantz außgeſchüttet hat.
Nun ſolche Zuverſicht/ die keinen Menſchen fellet/
Tröſt jhn/ Herr Bräutgam/ auch/ in dem er ſich geſellet
Zu einem werthen Bild/ in welchem jhre ſtatt
Die Edle Gottes-furcht vnd keuſche Tugendt hat.
Wolan! nur wolgemuth/ laſt alles ſchrecken fahren/
Der Führer dieſes Schiffs wird beyderſeits bewahren/
Daß euch kein Vnfall trifft; Fellt etwa Regen ein/
So kömpt auch wieder drauff ein ſchöner Sonnenſchein.
Iſt gleich das Meer was lang/ daß Ihr nun ſolt durchſchneiden/
So ſeyd doch vnverzagt/ kein Sturm mag Euch beleiden/
Der HErr ſteht ſelbſt dabey/ der als ein Stewermann
Den See- vnd Winde Streit gar fein begütten kan.

Der

Der Vogel ſo vom Eyß den Nahmen hat empfangen
Kan mitten auff der Fluth ſein ſichres Neſt erlangen/
Das weit-ergrimmte Saltz/ das ſonſt ſich auffgeſchwelt
Biß an der Sternen Dach/ ruht wie ein ebnes Feld/
Vnd muß zu frieden ſeyn. Vielmehr will vns gebühren
Daß wir das Hoffnung-Schiff zu vnſerm HErren führen/
Wenn ſich groß Vngeſtümm in aller Welt erregt/
Vnd mit Verfolgungen vnd Drangſall auff vns ſchlägt.
Drumb geht zu Schiffe geht Ihr ſeeligen zwey Liebe/
Sauſſt gleich der Norden Wind/ ſteht gleich der Himmel trübe
Vnd plitzt durch Oſt vnd Weſt/ Ihr könnt doch auff der Fluth
Der Welt nicht vntergehn/ wie grimmig ſie auch thut.
Nur haltet redlich auß/ biß der das Schiff regieret
Euch an den Himmels Port vnd ſichern Hafen führet/
Da ewer Hertz vnd Sinn nach vieler Noth vnd Pein
Mit allen Heiligen kan froh vnd luſtig ſeyn.

Heinrich Held vom Guraw
auß Schleſien.

Carmen Elegiacum quod scripsi Joanni Baptistæ Gebelio Suidnic. Silesio Pastori Ecclæ in Rackow. cum gradum Magisterij nancisceret Decano M. Theodoro Eberto 17 Calend. Maji A. 1624. ætatis meæ 19.

Ito bonis avibus GEBELI, quò Deus Autor,
Quò te fata vocant, ito bonis avibus.
Magnum opus adgrederis, sed, quod tibicine fultus
Numinis ætherei, fortiter expedies.
Imbuet orantis linguam locuplete Suadâ,
SPIRITUS Orator cœlicus ille, tuam.
Seminium disperge DEI per cordium agellos:
Nec sine mole preces, aut sine fruge, dato.
Et vineta DEI assiduo accubuóq; labore
Percole, quo fructûs mille, supraq; ferant:
BAPTISTAM ex cathedrâ BAPTISTA imitare tonantem
GEBELI! verâ pro pietate puta:.
Instrue non-doctos, errantes corrige, fractos
Erige, confuta dogmata vera minus.
Sic vivente volent tecum partirier annos
Prospera dicentes queis sacra dicta feres.
Sublatisq; olim manibus, sine pondere terram
Manibus optabunt, (sed bene serò) tuis,
Cùm tuba te ruptâ tumbâ revocabit ab umbris,
JOVA, mei pastor dicet, adesto, gregis;
Ambrosiâ rursum te pascam & nectare; quare
Magna cape astrati præmia, carpe, poli.
Hoc penitùs animi penetralibus opto, precorq;
JANE mihi multo in nomine charè! VALE.

No 827

TA-FL

ULB Halle 3
002 062 674

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-574511-p0020-1

49

PITHALAMIA
noribus & Nuptijs
LARISSIMI ET CON-
ſultiſſimi
REÆ LANGII
IPUBL. GUBBENENSIS
â Inferiori SYNDICI
eminentiſſimi,
SPONSI,
&
mæ pudiciſſimæq; Virginis
Æ REGINÆ,
pliſſimi, Conſultiſſimi &
Excellentiſsimi
ÆI COLDEBACII,
i celeberrimi, Codicis Juſtinianei
adrinâ Profeſs. Publ. meritiſsimi,
uridicæ Senioris ſpectatiſsimi &c.
Dilectæ Filiæ,
SPONSÆ,
DICATA & EXHIBITA
ofordiæ ad Viadrum
8. Novembr. St. Vet.
Anno 1642.

Literis
CHAELIS KOCHII.

45

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-574511-p0021-6